

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Historia Caini Et Abelis, Notis Criticis, Philologicis,
Historicis Et Theologicis Illustrata[e]n Elektronische
Ressource**

**Fecht, Johann
Fecht, Gustav Friedrich**

Rostochi, 1704

VD18 10451528-001

§. XXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-41839](#)

bitantem reverteretur. Quis enim dubitet, jam tum Cainum, tanquam filium Adami primogenitum, terram Adamo proximam incoluisse, ut non opus fuerit, per longas ambages ad eundem iterum locum redire.

§. XXIII. Ad v. eund. *Vagus & profugus eris in terra.*) Qvanquam & Judæi & Christiani aliquam in his vocibus differentiam ex Scripturæ usu quæsiverint, ingenue tamen tandem confitetur R. Aben Ezra: רעת רעה שנד אורי נע, sententia mea est, quod sit frater גע, i. e. idem prorsus significet. Geminatio itaque vocum idem significantium, ut & in aliis freqventer linguis fieri solet, vehementiam ejus innuit, qvod voce exprimit, ut vagus & vagus idem sit, ac valde & maxime vagus.

§. XXIV. Ad v. 13. *Majus est peccatum meum praferendo.*) Non est facile quisquam in hoc capite versus, qui pluribus doctorum expositionibus, iisque omnibus singulari se probabilitate commendantibus, sit expressus. Easdem pro more suo summa diligentia colligit & suum de iisdem judicium pulcherrima crisi interposuit D. Ang. Pfeifferus, R. Aben Ezra, eundemque secutus Ben Melech, vocem יְהוָה, pœnam, h. l. sicut & Genes. XV. 16. I. Sam. XXIX. 10. Thren. IV. 6. denotare existimat, quasi diceret Cain: major est pœna peccati mei, quam ut eandem possim perfere. De qua Rabbi: וַיֹּאמֶר רְבִיבָא אַמְרָתָךְ וְחִזְקָא חַפְרוֹשׁ הַפְּסֻקָּה חַבֵּן אַחֲרֵיו docet vere hanc expositionem versus, qui post hunc sequitur. Qvod ita verum esse videtur, ut illabatur illico in legentium oculos. Cur enim non possit perfere, hanc invictam, ut putat, rationem reddit, quia à Deo vi expellatur è terra, neq; ex Dei decreto immotam quietamq; sedem inventiat,